

148.

F. D. G.

DISSE^TRATI^O ACADEMICA,

U S U M MUSCORUM,

BREVITER DELINEATURA,

QUAM,

CUM CONS. NOB. ET EXPERIENT. FAC. MED.
IN PERILLUSTRI AD SALAM LYCEO.

MODERANTE,

VIRO NOBILISSIMO atque GENEROSO

D:No CAROLO

VON LINNÉ,

EQUITE AURATO DE STELLA POLARI;

S:Æ R:Æ M:TIS SUEC. ARCHIATRO,

PROFESSORIS BOTANICIS,
MED. ET BOTAN. PROFESSORE REG. ET ORD.

ACAD. SCIENT. PARIS. UPSAL. HOLM. PETROPOL. BEROL. IMP.

N. C. LOND. ANGL. MONSP. TOLOS, FLORENT.

EDINB. BERN. NIDROS. SOCIO.

CURIOSORUM SUBMITTIT CENSURÆ

ALUMNUS REGIUS

RECOGNITUS REGIS
ANDREAS HENRICI BERLIN.

ANGERMANNUS.

IN AUDITORIO CAROLINO MAJORI
DIE XVII. DECEMBER ANNI MDCCCLXVI.

HORIS ANTE MERIDIEM SOLITIS

UPPSALIAE.

SÆ RÆ M:TIS
MAGNÆ FIDEL VIRO,
PERILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO
D:NO P E T R O
ABRAHAMO
ÖRNSKÖLD,
GUBERNATORI,
PER
NORRLANDIAM OCCIDENTALEM
PRÆCELLENTISSIMO ,

Tenues pagellas hasce, ceu pignus animi ve-
nerabundi & gratissimi, cum adsidua sum-
mæ ac perpetuo duraturæ felicitatis adprecatione,
facras esse voluit.

AUCTOR.

VIRO
EXPERIENTISSIMO ATQUE CELEBERRIMO,
NICOLAO GISLER,
MEDICINÆ DOCTORI, LOGICES ET METAPHYSICÆ AD REGIUM
GYMNAS. HERNOS. LEOTORI SOLERTISSIMO,
MEDICO ADJACENTIUM PROVINCiarum PERSPICACISSIMO;
ACAD. SCIENT. HOLM.
MEMBRO.

Beneficiorum in memet, quem, discipuli pari-
ter ac clientis loco, tenerrime fovendorum
scientiisque, Hernosandæ, jam diu augendum sus-
cepisti, tantum esse numerum lubens profiteor, ut
decenti prædicatione illum celebrare plane ne-
queam. At vero, dum, obsequii testificandi ergo,
primitias laboris mei Academicæ Tibi, *Summe Pa-*
tronæ, offerre in animum induxi, eas non solum
facilis admittas, sed admissas etjam serena, qua-
foles, fronte excipias, est id, quod, majorem in
modum, abs Te contendō. Erit, de cetero, mihi
semper in votis, dignetur rerum Auctor & Gu-
bernator optimus, Te, salvum & incolumem, per
longam annorum seriem, conservare, in Floræ cul-
torum gaudium, in exoptatissimum ægrotantium
solatium, inque Tuorum pignorum commodum &
fulcrum firmissimum. Sic voveo, permansurus,
quoad vixerō,

EXPERIENTISSIMI ATQUE CELEBERRIMI
NOMINIS TUI.

cultor observantissimus,
ANDREAS BERLIN.

HOF CAMERERAREN
ÅDEL OCH HÖGAGTAD
HERR HENRIC BERLIN,
SAMT
WÅLÅDLA FRUN,
FRU ANNA CATHAR.
BERLIN,
FÖDD
HELLSTRÖM,
HÖGTÅRADE MINA KIÄRASTE FÖRÅLDRAR

*O*m jag icke beständigt ärkände Mina Hulda Förväldrars
stora godbet och otaliga välgierningar: så felade jag
aldeles mot den skyldighet, som sjelfva naturen och hög-
sta billigbeteu mig pålägger. Jag finner mig fördenskul
för en óm vård och sorgfällig skötsel, från mitt första in-
träde i werlden, oändeligen förbunden; och kan icke låta
detta tilfället gå mig ur händerna, då jag vid utgifwan-
det af mitt första Academiska Snille-prof får betyga min
barnliga wördnad, och med få ord utmerka, buru högt
jag skattar den formonen att GUD låtit mig födas och up-
föstras af så Hulda och Råttsimiga Förväldrar. Betalning
för Eder mōda kan jag så litet gifwa, som Eder ouphörliga
kärlek, den af mig ej åstundar, men brinnande succar skola
hos mig aldrig upphöra för Mina Huldaste Förväldrars bestän-
diga väl, frambårdar til sidstu ögnablecket.

MINA KIÄRASTE FÖRÅLDRARS

Iydigste Son
AND. BERLIN.



CAP. I.

§. I.



dmirandam plane in Regno Vegetabili ~~e~~conomiam naturæ observamus, ubi arbores, plantæ, gramina & musci incolas admodum differentes constituant; ut enim metaphora utar, in *Syste-*
mate naturæ tom. 2. §. 4. adhibita. GRAMINA instar vulgi sunt,

FILICES Novaccolæ, MUSCI cum algis inquilini, FUNGI vero Mendici. In quibus HERBÆ, eximiis ridentes floribus, nobiles referunt, ARBORES sunt Magnates, externam ab aliis suo tegmine propulsantes injuriam; in his PALMÆ, velut Principes, nubibus insertant capita. Ex his, vis & robur Regni vegetabilis, præprimis Graminibus innititur, reliqua magis ad conservationem, ordinem & ornamentum concurrunt. Ad singulas species dicere non attinet cui bono? cuncta enim ita disposuit Deus, ut aliquem saltem præstent usum, *Syr. XLII. v. 26.*

A

Her

Herbæ nobis medicinam & olera præbent; Arbores fructu
nos delectant multiplici. Muscos autem ruditis plebecula
communiter inutiles judicat atque pro noxiis habet. Hinc
Muscorum indolem & usum paulo enodatus tradere,
haud alienum duxi. Quid vero prætiterim, æquus Lector
judicet.

§. II.

MUSCORUM nomine plantas Cryptogamicas, ca-
pitulo membranaceo, Polline referto, comprehendunt
Botanici: Ego vero cum vulgo Algas, utpote Lichenes,
Marchantias, Jungermannias, muscis heic ad numero.
Difficillimum enim agnosco constantes invenire limites
inter Mnia & Jungermannias, unde etiam Dillenius plu-
rimas Algas, familiae muscorum adscripsit.

Mulci perpauci, ad finem usque seculi proxime præ-
terlapsi, erant cogniti. Evolvatur *Pinax Casp. Baubini*,
opus, in epocha fundatorum botanices, absolutissimum,
ubi tamen vix XL occurruunt musci, iisque obscure satis
descripti. Angli autem, ut *Rajus*, *Merret*, *Lhuyd*, *Dood-
dius*, *Vernon*, *Petiver*, *Borbartius*, *Budlejus*, *Richardson*,
Sberhard, du *Bois*. &c., circa finem præcedentis seculi
theoriæ muscorum fundamenta posuerunt. Huic autem
ædificio exstruendo *Johannem Jac. DILLENIUM Hassum*,
fata scientiarum destinarunt, qui *Historia sua muscorum*
immortale sibi nomen peperit. In hac enim, numerum
eorum ad species supra 600 auxit, easque penna sua ad-
curatissime descriptis & delineavit, stannoque ipse adeo con-
cinne excusulpsit, ut nemo melius. Redegit eos præterea
in formam systematicam, distinctis generibus & differen-
tiis specificis, additis *synonymis* aliorumque scriptorum ob-
servationibus notatu dignis, ut ex muscis, jam maximum
Botanicum, tanquam ex ungve leonem, agnoscere liceat.

Peculiare hoc in muscis observamus, quod non, ut
plantæ, æstate revirescant, nec, instar fungorum, in eunte

au-

autumno delectentur, sed, hieme ipsa luxuriant, ut *bierales* merito audiant; aestate vero arescere ac velut intermori videantur. Ex iccati etiam, velut *Anastatica*, aquis immissi, revirescunt atque expanduntur; singuli præter unicam *Buxbaumiam*, suis gaudent *foliolis*. Fructificaio maxime singularis, in plurimis mares & fœminæ stellis capitulisque distingvuntur; in *Buxbaumia* autem anthera intra operculum distincta.

§. III.

Ut plantæ floribundæ in Indiis, & gramina in Temperatis maxime luxuriant: Ita ad polos *Frigidos* & *Alpes*, musci potissimum habitant. Alpes enim adscendentibus, cestantibus sylvis, totam regionem quaqua versum patentem *Lichenibus* tectam, conspicimus. Quin etiam in terris nostris borealibus vix ullum datur terræ spatium, muscis vacuum, præter summitates alpium, brumali tempore nivibus obrutas altissimis. Musci inter plantas & gramina tegunt terram, ne nuda triste præbeat spectaculum, velut in summis alpibus, ubi rarissimæ passim herbæ in solo fabuloſo & nudo comparent; tegunt *Hypna* nudam & fabulosam terram in umbrosissimis *silvis*, quas foliis radii penetrare nequeunt, adeoque in iis vix illa planta, nisi parasitica crescere valet. Tegunt lapides, qui denudati tristæ referrent sceleta; tegunt caudices ac tignos putrescentes, in terra prostratos ipsosque *arborum* truncos videntes structuris plane admirandis, atque hi speciem hortorum amoëniſſimorum curiosis præbent oculis. *Paludes* ac fossas implant easque in solidam terram convertunt; *Putrescentem* aquam absorbent puramque præstant, adeo ut his destituta patria, non exiguo carceret ornamento. Nos vero usum, quem musci aliquot nostris adferunt terris, singularem breviter explicare conabimur.

§. VI.

USUS sane rerum, in commoda nostra ab optimo

Creatore, conditum varius est ac multiplex: ut enim in regno vegetabili maneam, plantæ nonnullæ vires in medicina exserunt, alia usum præstant *economicum*, in viatu & vestitu parando, in ædificiis, agris, pratis, arte tinctoria, & sic porro. Alius earum conspicitur usus in maxima illa *Naturæ oeconomia*, ubi unum propter alterum, in sustentationem universi, est ordinatum. De his vero acturi nos, æque ac alii omnes, ad herbas ipsas perfectissimas, merito obstupecimus, ad incognita potius multa, quam pauca nobis dudum patefacta, maxime in muscorum classe, adeo nuper detecta, & cujus objecta sunt minutissima, ad quæ vulgus minus attentos convertit oculos. Excusabit igitur lector benevolus, quod pauca affordrimus, reliqua posteris forte perspicacioribus, rimanda permitentes.

CAP. II. §. I.

Plerique apud nos musci sunt exigui, a spithamo ad lineam vel etiam subtilitatem oculis vix observandam, exceptis Lycopodiis, quæ in India præsertim cum fruticibus certant, perinde ac *Phlegmaria* cum arboribus maxime proceris. Omnes musci nostri, saltem liquore humectati, sunt molles & plerique semper virentes. Musci ejusdem sunt indolis atque *Elymus arenarius* & *Arundo arenaria*, in arena sua volatili; Æstivo enim tempore, humum dedaleam subtilissimam, ventis agitatam, & fumi instar volitantem, ubi decidit, musci retinent, quæ locum sterilem hoc modo pingue reddit, ad sepimenta & saxa alioquin devolvenda, ubi herbæ eam ob causam lætius crescunt. Hoc igitur respectu muscus in Politia Naturæ eximiam habet utilitatem.

§. II.

Decrescente in ripis maritimis aqua, rupes & saxa denudata *Bysso/saxatili* primum canescunt, qui PRIMUS existit GRADUS VEGETATIONIS; inde *Lichenibus* col-

rantur ac vestiuntur *leprosis*, qui in tenuem putrescent terram, ut *Lichenes imbricati* radices agant. His postea *Hypna* & *Bryæ* inseruntur, humum collectura dedalæam; donec hi lapides, herbis aliquot, hospitia & alimenta præbent, pari, atque terra reliqua, ornatu superbientes.

§. III.

In PALUDE profundiore aut stagno, ad ripas crescit *Sphagnum palustre*, *Minum triquetrum*, *Bryum paludosum*, *aestivum* & *squarrosum*, *Hypnum aduncum*, *scorpioides*, *riparium*, *cuspidatum* &c. Imprimis vero Sphagno palustri & Mnio cuspidato stagnum totum in paludem concrescit turfosam, euntibus ac vehentibus aptam, tandemque natura vel arte, in pratum abituram fertilissimum, ut tacem *Cæspites* pro foco, qui apud nos maximam partem prædictis Muscis suam debent originem & matricem.

§. IV.

ÆSTATE, deficiente saepe per aestum humido, vegetabilia arescant. Musci vere exurentes *solis arcent radios*, unde majores horum ardentiſſimo saepe aestu radices Herbarum servant humidas. Hinc edociti HORTULANI, ad plantas juniores & teneriores conservandas, ollis suis muscos imponunt, eosque in hortis botanicis lubentissime plantarent, ut his aroolas ac pulvilos tegendo, difficilem irrigationis laborem levare & minuere possent.

§. V.

Radices plantarum in pratis HIERME pellis instar operiunt ac tuentur musci, ne summo exurantur frigore. Unde hortulani quoque rariores per hiemem plantas, muscis impositis, conservant.

§. VI.

Muscis, Verno tempore imprimis, indigenæ servantur herbæ, ne gelu radices evellantur. Notum est clima tis nostri incommodum, quod, plantarum in hortis aut

agris sponte nascientium, radices minores, humo præfer-
tim grossiore & magis bibula aut paludosa, ubi dies, ver-
nali calore terram mitigant, nocturna autem frigora con-
stringunt, post aliquot dies solo extractæ exarescunt;
quod malum tamen musci super impositi avertunt, atque
impediunt. Semina *Abietis* in horto academico pro se-
pimentis vivis, a N. D. Præside terræ primum commis-
sa, Cannabis more densius creverunt primo anno; se-
quenti autem, tenellæ stirpes, injuria coeli vernalis evul-
sæ, omnes perierunt. Iterum vero satas Abietes vere
insequente muscis obruendo servavit. Hæc igitur functio
muscorum non est exigua in œconomia Naturæ.

§. VII.

Queritur vulgus PRATA sterilia videns muscis obfi-
ta, herbas his advenis excludi & nutrimentis privari; sed
pari jure, pilos & plumas animantium nutritionem im-
minuere dixeris. Rudis enim plebecula naturam eminus
respicit, ideoque properante nimis fallitur judicio. Mu-
scorum certe nullus, (præter sylvatica Lycopodia rarissima, heic non consideranda) transversum digitum, immo
sæpe vix lineam, radicibus terram penetrat, neque adeo
magis ullam excludit herbam, quam herbæ proceras ar-
bores, radicibus suis terræ profundius inhærentes. Mu-
sci igitur pratis nocere nequeunt; sed potius pratum editius
& sterile, his plane destitutum, herbas ostendit miseras lon-
go inter se spatio, nudo ac deformi solo, velut in alpi-
bus, distantes, quarum radices aut æstas exurèt, aut hi-
ems franget, aut ver evellet penitus. Falluntur igitur
agricolæ nostrates, dum inopiam in pratis muscosis gra-
minum & herbarum innoxiiis imputant muscis. Exstir-
pantur enim ibi herbæ & gramine, quia falce demetun-
tur ante maturata semina, ut gratum pecoribus evadat
fœnum; quia falce secando ad radices accessit proprius; quia
pecora verno tempore surgentes depascuntur stolones,
quia

quia autumno eadem corculum radicis morsu arrodunt; quoniam pecora vere & autumno, molli terra, conculant aut conterunt radices; quia pratum quotannis exsugitur, et nunquam stercoratur, immo ne quidem quiescit, donec suis vegetabilibus confirmata humus atque fuerit austra. Heic igitur, praeter muscos, nil crescere potest. Tolle muscos, & non multiplicabis herbas; sed, quæ superflunt, vel gelu verno sublevari, vel aestivis siccari ardoribus, vel frigore hiemis perire videbis, paucas autem residuas, musci, quantum fieri potest, servant. Semina aliarum plantarum muscis illapsa, a frigore & aestu hic diu jacent illæsa, faciliusque vegetantur, ob humiditatem muscorum ad radices plerumque observatam. Hinc etiam, plerarumque arborum, e. g. Quercus, Coryli, Fagi, Abietis, Pini semina haud facile sine muscis plantari videmus quotidie. Nullus mortalium sane ullam herbam aut gramen unicum muscis exterminatum vidi; Herbae autem muscos expellunt quotidie. Hinc non alia melius arte tolluntur musci, quam si, solo stercorato, herbarum augetur alimentum, quo non magis, quam pecora carere possunt. Herbae autem multiplicatae muscos statim enecant, terraque, pro flava, viridem conciliant faciem.

§. VIII.

Si Radix aut lignum humidæ inhæret terræ, in aqua continua non facile putreficit. Hinc gelu vernali, in aerem elevatur edacem, cum aliquantula humi particula. His vero per aestatem exsiccatis, mox inseritur Polytrichum cum aliis muscis, unde turfa oritur. TURFARUM enim apud nos præcipua origo paludosæ debetur humo, gelu elevatae, maxime ubi radix subest juniperina, quæ resina sua balsamica putredini resistit. In muscis humus colligitur volitalis, unde turfa compacta redditur. Et cum in paludibus hæc maxime fiant, ubi terra est mobiliar, maxima quoque in his turfarum est copia, quibus ad

ad quartam plus minus ulnæ partem paludes totæ elevantur, usque dum in pratum mutantur.

§. IX.

Quid in ARBORIBUS musci efficiant, non adeo facile determinatur. Lichenes, in arboribus depresso & humidiiori loco natis, copiosius quam in ceteris, luxuriare videmus; utrum vero truncum a frigore defendant, an vero, ut œstra in pecudibus & pediculi in pueris, *fonsiculos* præstent, alii judicant. Oderunt hos valde hortulani in arboribus fructiferis, jure ne an injuria, ipsi dispergunt. Ceterum *Helice nemorum* muscos heic commode extirpari. Iter Scan. p. 284.

§. X.

Ad specialiores muscorum usus, adhuc parum cognitos, sed quantivis pretiis, considerandos frigidissimæ noctis nos deducunt regiones. Lapponia sane theatrum muscorum præbet amplissimum. Teguntur, ut diximus, Indiæ arboribus sempervirentibus; in plagiis *australibus temperatis* floriferæ luxuriant Herbæ; in *temperatis frigidioribus* multiplicantur Gramina; in Polaribus gelidis musci abundant. Nam ut terræ calidiores plurima habent animalia mammalia, sine pilis, nuda; frigidiores vero eadem fovent magis pellita: ita tellus ipsa in climate frigidore, muscis, velut vestibus utitur pelliceis; in calidiore vero his plerumque destituitur.

§. XI.

Maxima pars LAPPONIÆ sylvaticæ campis constat arenæ farinaceæ horizontalibus, qui omnes LICHENE *rangiferino* & paucis aliis, quasi nivibus contesti, alblicant; rupes albent Lichene centrifugo, & spatia sub fructibus Lich: arctico. Latera quidem Lapponiæ alpestris silvis ornata sunt, his vero peragratis, ad tota sepe milaria, alpes altiores, solo fere Lichene rangiferino con- teguntur, donec ad ipsa per ventum fuerit cacumina alpina,

quæ

quæ muscis vacua, pauculas ostendunt plantas longe discretas & segregatas. Cervi Tarandi, quibus alendis, Lichen rangiferus potissimum est destinatus, patriam heic inveniunt, ubi bene. His cicuratis, totam fundarunt cœconomiam *Lappones*, qui Cereris & Bacchi expertes, sub Pane tantum vitam agunt pastoream cum Rangiferis, quos nocte dieque in pascua ducunt, ubi, altissimis licet per hiemem nivibus, suillo more, Lichenem suum rostris petunt Rhenones. Ex his, Lappones lac, caseum, carnem potissimum, vestem, lectumque habent, adeoque lichenibus dictis, omnes fere sustentantur *Lappones*, qui aliis in regionibus, vitam tolerare, vi~~ne~~queunt. Conf. *Flor. Lappon.* §. 437. ubi hæc dillucidius pertractantur.

In WESTROBOT'NIA rustici ingentes Lichenum rangiferinorum acervos ferreis rastellis, post pluvias corrādunt vaccis in penuria sceni, pro alimento per hiemem, adspersa aqua, inservituros; sed tenuis admodum hic est vietus, quod ex lacte, non satis pingvi conspicitur.

§. XII.

POLYTRICHUM Ursus ad lectum sibi per hyemem dormituro sternendum, colligit. Ex hoc forte edo^{ctus} Lappo, *lectum & strigula* e Polythricho pellis instar de terra detracto sibi conficit, ubi sub dio frigido pernoctans calore fruitur placido. Non referam pauperes *pulvinaria* sua muscis implentes; nec *Sciurum* cubile suum rotundum & concinnum inde fingentem, nec *Aves* plerasque nidos inde construentes, ovis excludendis pullisque fovendis aptissimos. Adducam **SPHAGNUM palustre**, cunis *Lapporum* adcommodatissimum, quo *lappones* tam linteis quam panibus destituti, *infantes* suos molliter fovendos involvunt; hoc enim urinam absorbet, quod alia non efficiunt vestimenta. *Flor. Lappon.* §. 4 15.

e **LYCOPODIO clauato & annotino storeas** conficiunt nostrates, ad introitum ædium quotidie ponendas, qui-
bus

bus abstergantur calcei. **BRYUM hypnoides**, culcitra ve-
lut naturalis, sessionem in cautibus duris reddit molliorem.
FON TINAL. *antipyretica* vim habet admirandam, quam
scire omnes architecti & fabri murarii, inque ædificiis ex-
struendis observare deberent. Hic enim muscus forna-
cibus vel prope parietem collocatis vel in contignationes
superiores erectis, circumpositus, *igni* adeo fortiter *resi-*
stis, ut, si vel rupto camino, *ignis* ad parietes pergeret,
nulla foret exustio metuenda. **BRYUM rurale**, quod *testa*
nosta, imprimis straminea vetusta, copiose occupat,
quodque adeo sollicitate rusticis everritur, ne putredinem
inserat, magnum quoque habet usum; Omnem muscum
aquam retinendo nocere putant rusticis: sed e contrario te-
stum stramineum hoc musco obductum integro durabit
seculo; muscus enim, humidum *exsorbendo*, putre-
dinem impedit. *Iter Scanic.* pag. 118. Consultius igitur
eiusmodi in testis muscus hic foret promovendus, quam
exstirpandus.

§. XIII.

In Suecia, ubi ædificia communiter exstruuntur li-
gneas rimas obturare necessum est, ad calorem retinendum.
Fit hoc **HYPNO parietino** & *prolifer*o, sine quo cum
difficilis, tum sumtuosius ædificaremus. Variis in locis
mulieres pro *filtro* lactis Confervas, & in aliis *Polythrichum*
& *Hypnum* adhibent. Maxime vero *Polytricha* pro *Spergillus* usurpantur in panibus vel aliis rebus conspergen-
dis: quin etiam rure muscus, ut corpus bibulum, loco
spongiarum adhibetur, quod nec antiquis fuit ingnotum.
An *Hyssopus S:rae S:rae* aliud fuerit quam muscus, &
an *Hyssopus Salomonis*, qui differuit a Cedro maxima, ad
Hyssopum e parietibus minimum, **BRYUM** fuerit *trunca-*
tulum, quod etiamnum in singulis muris crescit Hierofo-
lymitanis, (vid. Flor. Sv. 1001) Philologis enodandum re-
linquimus. *Pisees* ab uno in alium translatus locum,

piscinis inimittendos, muscos dolio injiciat, ne adlisi ad interiora vasis pereant. Plantæ quoque *Succulentæ*, aut *Bulbi* & similes e China usque ad nos in muscis commodissime transmittuntur; quin etjam Botanici radices hinc Patisios & vicisim, muscorum ope mittunt illæfas. Hortulanî *Rubos arcticos* seu baccas Norlandicas conservaturi, areas verno tempore altissimis tegunt muscis, ut, retento gelo germinationem radicum, ad solstitium aestivum, impediant, quæ vernis caloris frigorisve vicissitudinibus aliquin corrumpuntur.

§. XIV.

Cellæ glaciariæ variis instituuntur modis, Vidimus eas muscis tantum formatas adeo præstantes, ut, aliis lapide constructis, aut sub terra profunde absconditis, palmam præripuerint. In ablactationibus arborum circa ramum muscos alligare haud ita pridem coeperunt hotulani. His vero perpetuo humectatis truncus radices emittit in muscos, dein ramus infra novas radices amputatus suo plantatur loco.

§. XV.

Introduxerunt Angli ingeniosi in hortulos suos plantas nonnullas americanas rariores, quas antea conservare nullus Hortulanus potuerat. Impleverunt autem ollas Sphago palustri, inque his plantarunt *Sarracenia*, *Vaccinium arctostaphyllum*, *Rubum Chamæmorum*, *Hydrastidem*, *Ledum* &c, quæ sunt, cetera. Ut taceam usum muscorum prius commemoratum, in plantis hortensibus ab ardore aestivali, frigore hiemali & gelo vernali eleuante defendendis; circumcingitur etjam truncus arborum exoticarum mīsis, quæ ab oris remotissinis adlatæ, primum plantantur, ne ante actas, quantum satis est, radices, æstu solari pereant.

§. XVI.

Ex muscis ipsum saepè SOLUM cognoscimus. Ubi enim *Mnium* crescit palustre, AQUA subest, & *Mnium fontale*,

fontale FONTEM indicat, unde in silvis & paludibus Norlandicis solo hoc musco, indagari possunt fontes frigidi, quorum ibi magna est copia; quod in *flora Lapponica* §. 414. observatum, verissimum esse ipse perspexi saepius. Ad mentionem *Mnii fontani* succurrit *Splachnum*, quod heical Ljumkil in locis stercoratis in *SPLACHNUM* transformatur *ampullaceum*, hoc vero in locis Lapponiae finitimiabit in *SPLACHNUM luseum*; quemadmodum *MNIUM amictum* mutatur in *SPLACHNUM vasculosum*, hoc vero in *SPLACHNUM rubrum*; quæ observatio in solo mihi natali continuari meretur, in aliis forte muscis non sine usu & delectatione instituenda.

§. XVII.

Muscis etiam peculiaribus arbores nonnullæ, frondibus licet per hyemem destitutæ, agnoscuntur. Siç **CARPINUS**, *Lichene Carpino*, **FAGUS** *Lichene Fagineo*, **PRUNUS spinosa** *Lichene Prunastri*, **FRAXINUS**, *Lichene Fraxineo* proditur, & sic porro. Procul etiam, quod notabile, a *Lichene calcareo* res cognoscuntur **CALCAREÆ**, & a *Lichene saxatili*, rupes **SAXOSÆ**. Saxum etiam quod situm diu servavit, **BYSSUM** monstrat *saxatile*, conversum vero **BYSSO** innotescit *Jolito*. Plura sane ejusmodi attentus inveniet indagator.

§. XVIII.

Ad usum muscorum retetri quoque suo jure meretur experimentum recentioris ævi præstantissimum, quod Norvegis debemus; scilicet *Lichene vulpino* tolluntur **LUPI**, hostes infestissimi &, post homines, in cædendis pecoris maxime crudeles. Hoc sane remedio Norvegi patriam suam ab his latronibus tutam admodum reddiderunt. *Lycopodium Selago*, perinde ac *Ledum*, ad **PEDICULOS** ab equis, vaccis, suis aliisque profligandos a nostris rusticis in decocto pro lauacro usurpatur; ut taceam rusticum, qui se ipsum, uxorem & familiam a *siphilitide* eocuravit; in appropriata dosi egregie purgat. § XIX.

§. XIX.

Muscorum in arte TINCTORIA usus neminem fugit; Lichene Parelle Galli aliique serica sua tingunt colore RUBELLO. *Roccella*, seu *Lichen fusiformis* ex rupibus colligitur maritimis insularum Canariarum, Africæ & Archipelagi, ex quo extrahitur color pulcherrimus, serico tingen-
do inserviens. Imitantur hunc Westrogothi Nostrates, ubi ex *Lichene tartareo* perutinam extrahunt colorem ru-
brum, nomine *Bytte* et vulgo notum, Communiter autem mulieres rusticæ, ad hoc *Lichenem saxatilem* ad-
hibent. Sunt præterea multi Lichenes crustacei & imbrici-
ati, quibus color ruber inest, inque his *Lichen stygius*
merito commendatur. A *Lichenibus* autem variis, e. g.
juniperino, *parietino* & *vulpino* color FLAVUS habetur,
præter *Byssum folitum*, unde, dum eradicatur, coloran-
tur manus. Præ ceteris autem ad flavedinem inducendam
Lichene pustulato nostri utuntur rusticæ. A *Lichene pu-
stulato*, TUSCHUM Attramentum chinense præparari do-
cet Academia Scientiarum; atque exteri ante aliquot annos a *Lichene prunastri* pulve e n CYPRIUM pro dealbatio-
ne crinium, adeo præstantem formari scripserut, ut cum
eo, quem amylo debemus, certare possit.

§. XX.

Multiplex in medicina muscorum est utilitas. Non adferam *Ufneam cranii humani*, veterum medicinam pla-
ne superstitionem; ipsum etiam excludam *Polytrichum*
aureum, nec viribus *Lycopodii clavati* aduersus PLICAM
polonicam s. Ecclampsiam, & minus contra DYSTOCI-
AM roulum tribuo. *Polythrichos*. *Adianto* aureo sine
damno nostra carerent Pharmacopolia. *Lichen pulmo-
narius*, ob signaturam externam pulmonibus similem, in
rem medicam introductus, pectoris mederi morbis cre-
ditur. Ego vero in ICTERO, hunc adhiberem potius,

ubi vim eximiam exseruisse certæ docent observationes.
Adhibent tamen hunc saepius rustici ad TUSSIM pecudum
vehementiorem non sine successu.

Auricula Judeæ, *Tremellæ species*, adversus ANGINAS
& OPHTALMIAS usurpatæ frequentius. *Lichen caninus*
contra RABIEM & Hydrophobiam ab Anglis: Sloaneo,
Meadio, aliisque medicis celebratissimis ita commendatur
ut negare hunc ejus usum non ausim, *Act Lond. vol. 20. p. 237.*

Pulvis Antilyssus Pharmac. Lond. ubi

Rc. Lich. Canin 3ij

Pip. nigr. 3j.

M. F. Pulvis. D. 3jv,

Muscus cumatilis vi gaudet insigni purgante & ANT-
HELMINTICA; APTHAS hoc remedio curari omnes
jamdiu norunt vetulæ. *Lichen islandicus*, ab aliis Ran-
giferinus, nuper contra PTHISIN copiose colligi cœpit.
Paratur etiam inde cum laste, pulmentum non ingrati
saporis, abjecta tamen, ne purget, prima coctionis aqua.
Lichenem velleum eodem modo præparatum Canadenses
saepè, teste Kalmio comedunt. Flavus iste *Lichen Juniperinus* a rusticolis nostris tanquam sacra ancora quotidie
in Itero commendatur & usurpatæ.

Lichen plicatus seu *muscus arboreus*, forma turundinis HÆMOR-
RHAGIAM varium sistit. Eundem, in INTERTRIGNE a deambulatione
ficcum, adiplicant Lappones, velut specificum. Optimum etiam medicamen-
tum ad Intertriginem infantum semina præbent *Lycopodii*, quibus etiam
Pharmacopœia pilulas obducunt, ne cohærent. Est enim hic pulvis a li-
quore ita alienus, ut, aquæ superadspersus, digitum immissum madefieri
non sinat. Muscorum in PHYSICIS effectus multi adferri possunt, e. g.
quod semina *Lycopodii* flammæ adspersa pulveris instar pyri fulgurant,
compacta vero accendi nequeunt; quod pedunculus *Mnii hygrometrici*, ad
basin madefactus, more aristæ Geranii caput ter aut quater circumagit, a-
pice vero humectato regyratur, quo phænomeno europa forte quævis insti-
tui poterunt. Nos vero hæc & alia naturæ miracula contemplantes, ad
bonitatem Dei summam concitemur agnoscendam, qui in rebus etiæ mini-
mis, tanta sapientiæ suæ dedit vestigia atque specimen, ut habeat homo scienc-
di cupidus, quod per totam ætatem inquirat, & vix tamen
intra superficiem rerum pertingat.

S. D. G.

An den Verfaßer.

Liebster Freund!

Sch habe schon lange die Gelegenheit gesucht, Ihnen meine Ergebenheit öffentlich an den Tag zu legen, und keine bessere gefunden, als die gegenwärtige: Sie treten nun auf die Catheder, und vertheidigen eine Wahrheit, die nicht alle Sterbliche begreissen können; nur die Natur-Verständige, nur die Lehrlinge des Großen von LINNE. Was werden es wohl ihre Landsleute sagen, da sie ihre Dissertation zum Gesichte bekommen? Sie werden daraus ersehen, was sie von ihnen in künftigen Zeiten zu hoffen haben. Sie werden in ihnen mit der Zeit einen Æsculap und einen Plinius finden: Das ist auch nicht zu verwundern; Die Natur hat sie, Mein bester Freund, mit einemraren Genie begnadigt, und der größte Held der Natur hat sie gelehret ihr recht zu folgen; und wenn diese beiden Stücke aufs genaueste zusammen verknüpft sind, so ist es leicht den Nutzen der Menschen grundlich aufzuforschen.

Ich gratulire ihren guten Vater, daß er einen solchen würdigen Sohn hat, und wünsche mit allehestem den Tag zu sehen, da ihr fleiß soll belohnet werden, wie er verdienet.

Im ubrigen bitte ich Sie, glauben sie mir, daß sie keinen besseren Freund haben als den, der sich nennt

ALEXANDER v. KARAMYSCHEW,

Edelmann aus Siberien

Amico & Populari Integerrimo.

Elegantissima hac Dissertatione, dum ostendis, in litteris, scientiaque in primis Botanica, progressus non utique spernendos, amicis Tuis, quos inter Ego, ansam sat amplam præbes exsultandi. Pergas itaque spem istam, quam de te concepit Gens nostra Angermannica, impleturus. Sed quid est, quod te exhorter? felix Tibi a natura inest ingenium, discende ardor prorsus singularis. Habes exempla, quæ emuleris. Et si exotica non arrident, delectet Te nomen ARTEDIÄNUM, utinam vero longiorem vitam vitæque exitum mitiorem adtingas.

JOH. NORDLUND.

A U C T O R I.

Specimen hocce Tuum, Amice honoratissime, satis superque commonestrat, Te in nobilissima Scientia egregie esse versatum. Magno certe nobis erit gaudio, si tale tamque ingeniosum tirocinium altior honoris gradus olim subseqvatur, quod fore, spe & cogitatione haud vanâ præcipere licebit. Perge pulcerrimos, uti cœpisti, in Hespe idum hortis, ac sapientiae viridariis amoenissimis, horas legere. Ourimus vero rerum Conditor omnigenam Tibi largiatur felicitatem, illa quam p̄ imuintribuendo præmia, quibus virtus suos amatores decorare adsolet.

ex aſſe tunc
PETR. NORDBLAD.

M O N S I E U R

La sincere amitié, qui dès notre plus tendre age nous a unî, quand nous finies nos études ensemble, ne scauroit qu' exiter en moi une joye particulière: quand je vous vois donner au public les premices de vos beaux progrès dans les sciences auxquelles, des votre enfance vous avez eu une grande inclination; J'espere que vous ne prenniez pas en mauvaife part, que je temoigne publiquement la part que j'y préns en vous saughtant toute sort de prosperités. Continuez, mon cher ami! comme vous avez dignement débuté & soyez fût que la providence ne se laisse jamais de recompenser une industrie si louable & un vertu sans farde.

Je suis,

M O N S I E U R,

votre très humble serviteur.

PETR. P. HOLMBOM.